contentus cum solo non retractatione, potest utrumque
in exemplo explicari: facis intentionem consecrandi vel
celebrandi, postea non amplius cogitas explicite de missa,
interim ista intentio actualis in libera reliquit aliquam
impressionem, vi cuius procedis in Ecclesiam, induis te S. vestibus,
hic diceris celebrare cum virtuali intentione, quod sufficit;
si vero vesperi facias intentionem cras celebrandi, dein ad hunc
ludas, bibas, dormias, et crastino non renoves intentionem,
habebis tantum intentionem habitualem, et valde dubitabile, quod in ministro
sacramenti non sufficit, sufficit tamen habitualis in suscipiente
sacramentum, exceptis sacramentis poenitentiae et matri-
monii: ubi ad minimum virtualis requiritur etiam in subiecto; in
poenitentia quidem, quia actus poenitentis sunt contritio, confessio,
satisfactio, materia sacramenti: in matrimonio vero, quia iuxta
communem sententiam ipsi contrahentes sunt ministri sacramenti;
et parochus tantum dicitur minister solemnitatis, seu bene-
dictionis nuptialis: cum quo in matrimonio iidem sint
minister et subiectum, et minister sit debeat habere virtualem in-
tentionem; ideo etiam contrahentes in matrimonio ob eandem rationem
debebunt habere intentionem virtualem.

n. 32. Dividitur 3tio voluntarium in physicum, quod physice
procedit a voluntate, et in morale quod cum laude vel vituperio pro-
cedit: hoc dividitur in voluntarium proprium et aliena voluntate: tale
dicitur non retractatum et perseverans usque ad effectum laudabile vel
cum vituperio sequitur: voluntarium aliena voluntate dicitur, quod a voluntate alterius
suppositi procedit, reputatur tamen a me procedere v.g. si pater agit
nomine filii impuberis, vel procurator nomine principalis; quia
principalis ibi dedit commissionem, vel tutor agit nomine pupilli, cui deputatus

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0130